versa quæ sunt in eâ : maria, et universa quæ sunt in eis, et vivificas omnia hæc, et exercitus cœli tibi se incurvant. — 7. Tu ipse, Domine Deus, elegisti Abram, et eduxisti eum de Ur Chasdim, et posuisti nomen ejus Abraham. — 8. Et invenisti cor ejus fidele coram te, et percussisti eum eo fedus, ut dares terram Chenahanæa, Chithai, Emoræi, Perizii, Jebusæi, et Ghirghasæi, ut dares semini ejus : et confirmasti verba tua, quia justus es. — 9. Et vidisti afflictionem patrum nostrorum in Ægypto, clamoremque eorum audisti in mari Suph. — 10. Et dedisti signa, et portenta in Parboh, et in universis servis ejus, et in omni populo terræ ejus. Cognovisti enim, quod superbe egerant contra eos, et fecisti tibi nomen secundum diem hanc. — 11. Et mare divisisti ante eos, et transierunt per medium maris in sicco (siccitate), et persecutores eorum projecisti in profunda, tanquam lapidem in aquas validas. — 12. Et in columnâ nubis duxisti eos per diem, et in columnâ ignis per noctem, ut illucescere faceres eis viam per quam ambulaturi erant. — 13. Et super montem Sinai descendisti, et locutus es cum eis de cœlo, et dedisti eis judicia recta, et leges veras, statuta et præcepta bona. — 14. Et sabbathum sanctum tuum notificasti eis, et præcepta, et statuta, et legem præcepisti eis per manum Moseh servi tui. — 15. Et panem de cœlo dedisti eis in fame eorum, et aquam è petrâ eduxisti eis in siti eorum, et dixisti eis, ut ingrederentur ad possidendum terram, super quam levasti manum tuam, ut traderes eis. — 16. Et ipsi, et patres nostri superbe egerunt, et induraverunt cervicem suam, et non audierunt præcepta tua. — 17. Et renuerunt audire, et non sunt recordati mirabilia tuorum, quæ feceras cum eis. Et induraverunt cervicem suam et posuerunt caput, ut revertentur ad servitutum suam, cum rebellione sua. Et tu Deus propitiationum, clemens, et misericors, longanimis, et multa misericordie, non dereliquisti eos. — 18. Insuper quando fecerunt sibi vitulum conflatilem, et dixerunt : *Isie est Deus tuus, qui ascendere fecit te è terrâ Ægypti, feceruntque blasphemias magnas, — 19. Tu propter misericordias tuas multas non dereliquisti eos in deserto, columna nubis non recessit ab eis per diem, ut duceret eos per viam, et columna ignis per noctem, ut lucere faceret (faceres) eis, et viam per quam ambulatori erant. — 20. Et spiritum tuum bonum dedisti ad intelligere faciendum (audiendum) eos, et man tuum non prohibuisti ab ore eorum, et aquam dedisti eis in siti eorum. — 21. Et quadraginta annis pavisti eos in deserto : non egerunt, vestimenta eorum non inveteraverunt, et pedes eorum non tumerunt. — 22. Et dedisti eis regna, et populos, et divisisti eos, ut essent ad angulum unum : et possederunt terram Sichon, et terram regis Chesbon, et terram Hogh regis Basan. — 23. Et filios eorum multiplicasti sicut stellas cœli, et adduxisti eos ad terram de qua dixeras patribus eorum, ut ingrederentur ad possidendum. — 24. Et venerunt filii, et possederunt terram, et humiliasti coram eis habitatores terræ Chenahanæorum, et dedisti eos in manu eorum, et reges eorum, et populos terræ, ut facerent in eis secundum voluntatem suam. — 25. Et ceperunt urbes munitas, et humum pinguem, et possederunt domos plenas omni bono, cisternas excisas, vineas, et olivea, et arbores fructiferas in multitudine : et conederunt, et saturati sunt, et impinguati sunt, et deliciis affluerunt propter bonitatem tuam magnam. — 26. Et irritaverunt, et rebellaverunt contra te, et projecerunt legem tuam post tergum suum, et prophetas tuos occiderunt, qui testificabantur eis, ut converterent eos ad te, et fecerunt convitia in Deum magna. — 27. Et dedisti eos in manum hostium suorum, et afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis suæ clamaverunt ad te, et tu de cœlo audisti, et secundum miserationes tuas multas dedisti eis servationes, et servaverunt eos de manu hostium suorum. — 28. Et cum esset (fuisset) requies eis, reversi sunt ad faciendum malum coram te, et dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, et dominati sunt eis. Et conversi sunt, et clamaverunt ad te, et tu de cœlo exaudisti, et eruisti eos secundum miserationes tuas multis temporibus. — 29. Et contestatus es eis, ut converteres eos (redirent) ad legem tuam, sed ipsi superbe egerunt, et non audierunt præcepta tua, et in iudiciis tuis peccaverunt, quæ faciet homo, et vivet in eis : et dederunt humerum recedentem, et cervicem suam induraverunt, et non audierunt. — 30. Et protraxisti super eos annos multos, et contestatus es eos spiritu tuo per manum prophetarum tuorum, et non auscultaverunt, et tradidisti eos in manum populorum terrarum. — 31. Et propter misericordias tuas multas non fecisti eos in consumptionem, et non dereliquisti eos, quia Deus clemens, et misericors es. — 32. Et nunc Deus noster, Deus magne, fortis et terribilis, custodiens pactum, et misericordiam, ne diminuat coram te omnis labor qui invenit nos, reges nostros, principes nostros, sacerdotes nostros, prophetas nostros, patres nostros, et omnem populum tuum à diebus regum Assur usque ad diem hanc. — 33. Et tu justus in omni quod venit*

super nos, quia veritatem fecisti, et nos impiè egimus. — 34. Et reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, et patres nostri, non fecerunt legem tuam, et non attenderunt præceptis tuis, et testimoniis tuis, quæ testificatus es eis. — 35. Et ipsi in regno suo, et in bonitate tuâ multâ quam dedisti eis, et in terrâ latâ, et pingui, quam tradideras coram eis, non servierunt tibi, et non sunt conversi ab operibus suis malis. — 36. Ecce hodie servi sumus, et in terrâ quam dedisti patribus nostris, ut comederent fructum ejus, et bonitatem ejus, ecce servi sumus. — 37. Et fructus ejus multus regibus quos posuisti super nos propter peccata nostra, et corporibus nostris dominantur, et jumentis nostris secundum voluntatem suam, et in tribulatione magnâ sumus. — 38. Et cum toto hoc percutimus fidelitatem, et scribimus, et super signaturam sunt principes nostri, Levite nostri, et sacerdotes nostri.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IN DIE AUTEM VIGESIMA ET QUARTA, etc. Notandum quod festum Tabernaculorum celebrabatur decimâ quartâ die mensis septimi, et collecta vicissimâ secundâ ejusdem. Separaverunt ergo sese filii Israel ab alienigenis vicissimâ tertîâ die, et vicissimâ quartâ jejuni et indui cilicis, ac conspersi pulvere, eo signo confitentes se viles et cinereos esse, stantesque confessi sunt peccata sua.

VERS. 2. — ET STETERUNT, ET CONFESSI SUNT, id est, stantes coram Domino, ingenûè fassi sunt se esse peccatores, majoresque suos peccatores quoque fuisse (1).

VERS. 3. — SURREXERUNT IN LOCO SUO, yel, SURREXERUNT IN STATIONE SUA, id est, et manserunt in loco stantes; erant enim erecti. Sic versu sequenti. QUATER IN DIE, id est, à primâ horâ ad tertiam, legerunt legem, psalmos eccinerunt, confessi sunt peccata sua. Eodem ordine legerunt, etc., ab horâ tertîâ ad sextam, à sextâ ad nonam, à nonâ ad duodecimam. CONFESSI SUNT, sub., coram Domino, se peccatores esse (2).

(1) VERS. 2. — SEPARATI SUNT SEMEN FILIORUM ISRAEL AB OMNI FILIO ALIENIGENÆ. Sub Esdrâ primùm id fieri cœperat; mandaverat enim, ut ii qui peregrinas uxores duxerant, ulnerantque ex illis liberos, matres simul et filios remitterent. Saltem ex parte obtemperatum est. Eam rem iterùm investigante Nehemiâ, populus remisit uxores, quas sive hactenus retinuerat, sive dimissas revocaverat.

CONFITERANTUR PECCATA SUA, ET INIQUITATES PATRUM SUORUM, quæ in caput suum ea gravissima provocaverant mala, quæ olim populum oppresserant, et adhuc opprimebant. Idem visque in similibus rebus animadvertere licet: sua ipsorum crimina fateri non satis contenti, patrum suorum peccata in mentem revocant, de quibus perinde ac de suis legunt. Munitatis fuerat Deus in lege futurum, ut de peccatis criminibus ultionem in filiis usque ad quartam generationem exsequeretur. Ejusmodi minus evitatur, simulque demonstraturî detestari se et propria et parentum crimina, humili confessione generatim ea exponunt, ac veniam pro utrisque rogant. (Calmel.)

(2) Cum omni opere diebus hisce esuriali-

VERS. 4. — SURREXIT AUTEM SUPER GRADUM, Sing. Heb. pro plur. Surrexerunt, id est, erecti steterunt in gradu: hoc est, suggestu in quo stare solebant Levitæ; stabant enim in loco altiore quam populus. Quisque eorum, Jesuah nemp, etc. stetit in suggestu proprio.

VERS. 5. — JESUAH, ET CHAMIEL, etc. Idem sunt hi octo Levitæ, qui, v. 4, nominantur, tametsi tres eorum diversis nominibus: CHASABNEIAH, qui Banni, v. 4, HODIAH, qui Dant, v. 4, PETHACHIAH, qui Chenani v. 4. SERGITIE. Hortabantur Levitæ populum ut laudarent Dominum, benedicerentque illi, ac gratias agerent. Solebant autem stare cum orarent, et laudarent Deum. Istud, Surgite, potius videri poni vice adverbii hortantis, esseque particula hortantis alique ad opus, q. d., agite, rumpite moras (1). ET BENEDICANT. Convertit sermonem suum ad Deum: ac si dicat: *Et dicite coram eo: Benedicant omnes, etc. NOMINI GLORIE, etc.*, id est, glorioso tuo nomini. ET EXALTELO, vel et sis exaltatum, id est, exaltetur. Vel, sit exaltatum, id est, exaltetur nomen tuum omni genere benedictionis et laudis; vel

bus ac luctuosius vacarent, totam diem omnes in templo coacti egerunt, dominica legis explicatione, confessione criminum, divinis laudibus et benedictionibus occupati. Cœpitum est primâ die horâ, et ad tertiam usque perseveratum. A tertîâ iterùm usque ad sextam; à sextâ usque ad nonam; et à nonâ usque ad duodecimam vel postremam. Vacabant primò divine legis lectioni, quam stantes audiebant; secundò, sese humi sternerant ad humilem peccatorum confessionem; tertîo denique ad laudes Domini, præcipientibus ac suggerentibus Levitis, surgebant. Solemne est Judæis, ut ter precetur quotidie, cujus moris originem, saltem quoad horam precandi, refert Mai-monides ad Ksdram magnamque synagogam. Quartas preces addebant diebus festis et esurialibus, ut hic gestum legitimus.

(1) AB ÆTERNO, scilicet existenti, ut explicat Emmanuel Sâ. Vel sensus est: Dominum perpetuo celebrare, et ab omnibus semper laudabilem, et laudandum predicare. (Menochius.)

VERS. 15. — PANEM DE COELO, vel, et panem cadentem de aere; id est, manna. IN FAME EORUM, id est, cum esurirent. SUPER QUAM LEVASTI, etc. More scilicet jurantis, id est, quam jurando promissisti te daturum illis.

VERS. 16. — IPSI, ET PATRES NOSTRI, etc., pro: *Ipsi, id est, patres*. ET INDURAVERTUNT CERVICEM SUAM, id est, fuerunt inobedientes, rebelles, et contumaces. Metaphora ab equis qui nolunt obedire sessoribus suis, et aliis animantibus aut feris, que domari non possunt. Hic indicat ingratitudein ejus populi. NON AUDIERUNT PRECEPTA TUA, vel, non paruerunt preceptis tuis.

VERS. 17. — POSUERUNT CAPUT, etc., vel, conversi sunt. UT REVERTERENTUR, sub. in Ægyptum, ubi servierant servitutem (1). PROPITIATIONEM, vel, remissionem peccati. Verbum enim parcere significat et remittere peccata. CLEMENS, ET MISERICORS, vel, misericors et miserator. LONGANIMIS, ad verbum, longus irarum, id est, tardus ad iram; significat eum qui non facie ad quicumque ex causa irascitur. NON DERELIQUISTI EOS, sub., in afflictionibus et tribulationibus eorum, id est, non subtraxisti ab eis favorem tuum, opem et auxilium; id enim significat deseri à Deo.

VERS. 18. — Feceruntque blasphemias (2), etc., sub., in Deum: sic infra, v. 26.

Favet hæc verba opinio que sabbatum ab Hebræis servari solum ante egressum ab Ægypto negat. (Calmet.)

(1) ET NON SUNT RECORDATI MIRABILIA TUORUM QUE FEGERAS EIS. Ed moabitibus ingrati erant Judæi, quod multa miracula ipsi, non et alii gentibus, Deus exhibuerat. Vide Math. 11, 21.

(2) NON SUNT RECORDATI MIRABILIA TUORUM, etc., Ægyptum multipliciter percutiendo, et filios Israel mirabiliter liberando, ut patet in divisione Rubri maris, et in pluribus aliis; et tamen frequenter insurgabant ad murmurandum contra Moysen et Deum, sicut patet Exod. 14 et 16, et in multis aliis locis.

DEBERUNT CAPUT UT CONVERTERENTUR AD SERVITUTEM SUAM. Legimus in Exodo 32, 1, Israelitas, Moysen in Sinai commemorante, petisse ab Aaron: *Fac nobis deos, vel duces, qui nos præcedant; et in numeris 14, 4, mutuo se hortantur: Constituantur nobis duces, et revertantur in Ægyptum*. Septuaginta reddunt: *Dederunt sibi duces, vel principium, revertendi ad servitutem suam*. Syriacus: *Cor eorum reversum est ad facinorosa sua*. (Calmet.)

DEBERUNT CAPUT UT CONVERTERENTUR, id est, obfirmata cervicem, ut præcessit, ac obdurato capite resoluti voluerunt reverti in Ægyptum. Sic v. 20 dicitur: *Dederunt humerum recedentem et cervicem suam induraverunt*.

(2) Patravertim, vel pronuntiarent blasphemias

VERS. 19. — TU PROPTER MISERICORDIAS TUAS MULTAS, vel, per misericordias tuas infinitas. NON DERELIQUISTI EOS IN DESERTO, id est, non permisisti eos perire fame in deserto; ut paulo ante versu 17. COLUMNA NUBIS, ut paulo supra versu 12. UT LUCCERE FACERET EIS, ET VAM; etc. et vacat.

VERS. 20. — MAN TUUM, id est, à te datum. *Man significat cibum præparatum*, sub. à Deo (1).

VERS. 21. — NON INVETERAVERTUNT, id est, non fuerunt velustate consumpta. NON TUMEVERTUNT. More scilicet conspersiois, sive paste fermentate. Vel, non fuerunt inquinati, contaminati, fedati, sub., luto: ut inquinati solent digiti ejus qui farinam subigit, q. d. impastati; hoc est, calcei eorum non fuerunt pertusi, atriti, aut velustate consumpti (2).

VERS. 22. — DIVISISTI EOS, sub., populos, id est, dispersisti eos in varias orbis partes, adventante Israele, ad cujus adventum illi aufugerunt (3). Noster sic intelligit, *divisisti eos, sub.*

mias adeo horrendas. Septuaginta: *Fecerunt irrationes magnas*; Hebræa vox sonat injuriosa verba, insultantia, contumeliosa, impudentia, etc. Porro blasphemias ejusmodi in eo præcessit commiserunt, quod Dei nomen in vitulum aureum transulerunt. (Calmet.)

(1) VERS. 20. — SPIRITUM TUUM EGNOVISTISTI, QUI DOGERET EOS. Hebræus: *Ad faciendum intelligere eos*. Spiritus sancti in animo agentis est non modo ad animum loqui, et lucem menti affundere, sed et animum ipsum incitare, ut veritatem amet, et sequatur. Spiritum suum Deus in universam latè gentem effudit, cujus tamen plenitudinem largitus est Moysi, populi doctori et legislatori. (Calmet.)

(2) NON SUNT ATTRITI, id est, lesi, vel lassati ex itinere. Sciendum tamen quod istud beneficium non potest intelligi de omnibus generaliter, quia scribitur Num. 11: *Inter arum est murmur populi, quasi dolentium pro labore, scilicet itineris*. Propter quod dicendum, quod sicut manna erat cibum valde sapidum bonis, secundum quod dicitur Sap. 16: *Panem paratum delisti eis, etc.* et tamen erat insipidum malis, secundum quod dicebat, Num. 11: *Anima nostra arida est, etc.* ita dicendum est hic quod vestimenta bonorum non sunt velustate consumpta, nec pedes eorum ex itinere lassati, sed tantum malorum. (Lyranus.)

(3) Quod inter alia docet vetus illa inscriptio in ultimâ Africa orâ: *Nos Phœnicæ fugimus à facie Jovis filii Nove, prædonis*. Sensus est, reliquos (Chanæorum) superstites hæc illic dissipatos in summas angustias conjecisti. (Junius.)

Non placet Wolphio: 1° quomodo dispersi sunt, qui in angulum unum sunt coacti? 2° Quò aufugerent, quibus clausis nullum patebat effugium? 3° Notat Scriptura eos non

Israelitas ab aliis populis, ut essent in angulum unum, sub. ASIÆ, ne cum gentibus versarentur. Alii vertunt, *partitus est eis sortis*. TERRAM SICHON, ET TERRAM, etc., id est, terram Sichon, nempe (et significat nempe) terram regis Chesbon.

VERS. 24. — POPULOS TERRE, sub. ejus. SECUNDUM VOLUNTATEM SUAM, id est, pro voto et arbitrio suo (1).

VERS. 25. — ET DELICIAS AFFLUXERUNT, vel et delicias operam dederunt. Id est, voluptuose viverunt (2).

VERS. 26. — IRRITAVERTUNT, sub. te. POST TERGUM. Id est, neglexerunt ac spreverunt. QUI TESTIFICABANTUR EIS, vel, qui testabantur contra eos, id est, admonerant eos, advocatis, sive adhibitis testibus. Solebant propheta, cum admonerent populum, invocare testes coelum et terram, et alios (3).

dispersos fuisse, sed ad interconexionem casos, Deut. 2, 54, et 3, 6, et Jos. Alii ergo referunt ad Israelitas. Ita plerique cum nostro.

ET PARTITUS ES EIS AD ANGULUM, id est, per lineas angulares assignasti Israelitis suas portiones. PARTITUS ES EIS SORTES, malum, plagas, regionum scilicet quas incolere debebant. Suos cuique fines assignasti.

ET PARTITUS ES EIS AD ANGULUM, id est: *Destitisti eis terram angulam, ne cum gentibus versarentur*. Protrusit eos Deus in angulum Asiæ: id est, Hierosolymam gentis sue metropolim constituit, ubi nullus erat vel portus, vel patens fluvius, vel alia mercatorum illeceberræ.

ET POPULOS, ET DIVISISTI EOS PER TERMINOS, TERRAM SEHON, id est, totam regionem Amorrhæorum, quibus propriè imperabat Sehon; vide Num. 20, 21, 22, etc., ET TERRAM REGIS HESBON, id est, partem agri Moabitarum, quam antea occupaverat Sehon; vide Num. 21, 25, etc. (Synopsis.)

(1) VERS. 24. — CHANÆEOS, Per hos intellige et alios populos ibi habitantes. (Synopsis.)

(2) VERS. 25. — CISTERNAS, etc. Harum meminim, quia regio sublimis erat, et laborabat aquæ penuria. (Synopsis.)

(3) Feceruntque blasphemias, etc. *Afferunt te contumelias magnas; fecerunt ut gentes te blasphemarent*. Vel, idololatrica sacra instituerunt, quibus non colitur, sed contumelia afflicti Deum. (Synopsis.)

Ils se sont rassasiés, ils se sont engraisés, et votre grande bonté les a mis dans l'abondance et dans les délices. Mais ils ont irrité votre colère; ils se sont retirés de nous; ils ont rejeté votre loi. Quel est cet effet extravagant de la faiblesse et de la corruption du cœur de l'homme? Dieu le comble par une grande bonté de toutes sortes de biens, et il en prend un grand sujet de l'irriter par ses désordres. Le Seigneur s'approche de lui par tant de grâces qu'il lui fait, et qui le distinguent d'une manière si éclatante de toutes les autres nations, et il se retire lui-même du Seigneur, en rejetant avec le dernier mépris sa sainte loi. Qui est donc le bienfaiteur

VERS. 27. — CLAMAVERTUNT, vel, vociferati sunt (1).

VERS. 28. — CUM ESSET REQUIES EIS, sub. ab inimicis. Id est, cum primùm quietam ac tranquillam vitam agere cepissent. REVERSI SUNT AD FACIENDUM MALUM. Hebraismus; id est, iterum fecerunt malum (2).

qu'une telle ingratitude ne fit point capable de refroidir et d'éloigner pour toujours? Mais votre conduite adorable, ô Dieu clément et miséricordieux, toujours patiens et plein de bonté, est aussi infiniment dévotée au-dessus de celle des enfants des hommes, que le ciel l'est au-dessus de la terre. Vous n'avez donc point abandonné votre peuple, lors même qu'il blasphémait votre saint nom, parce que vos miséricordes sont vraiment grandes. Et après l'avoir tiré entre les mains de ses ennemis, pour le punir et l'obliger de revenir à lui-même, lorsqu'il a crié vers vous dans le temps de son affliction, vous avez daigné l'écouter encore selon l'abondance de vos divines miséricordes, en lui donnant des secours pour le délivrer de tous ceux qui l'affligeaient.

Si l'orgueil porte quelquefois l'esprit de l'homme à concevoir du chagrin en considérant la justice rigoureuse du Seigneur, dont il ne peut pénétrer, étant si aveugle, les raisons toutes divines, qu'il jette au moins quelquefois ses yeux sur ces effets incompréhensibles de sa bonté; qu'il considère jusqu'à quel point sa patience a supporté la dureté et l'insolence de son peuple toujours prêt à l'offenser malgré toutes ses faveurs. Et puisque la rigueur de la justice d'un Dieu est capable de l'étonner, que la vue de la malice inflexible de l'homme pêcheur ne lui cause pas moins d'étonnement. Car s'il est vrai que cette divine justice est un mystère impénétrable et un abîme pour les esprits les plus pénétrants, l'homme n'est-il pas lui-même comme un mystère incompréhensible, lorsqu'il semble disputer en quelque façon avec son Dieu, et opposer, comme faisait Israël, et comme le font encore aujourd'hui un grand nombre de Chrétiens, un excès d'impieeté et d'ingratitude, à un excès de miséricorde et de patience? C'est donc sans doute ce sentiment de ce qui se passe au-dedans de notre cœur, qui devrait et nous confondre et nous effrayer, au lieu de prétendre condamner en Dieu ce qui nous est inconnu, et que nous sommes obligés d'adorer comme lui-même, par un principe élevé au-dessus de notre raison, qui est celui de la foi. (Sacy.)

(1) SECUNDUM MISERATIONES EJUS, id est, nullâ vel meritorum præcedentium ratione, vel virtutum expositione. (Wolphius.)

(2) Cæque requieverunt reversi sunt ut facerent malum. Calulus: *Omni et civis urbis et beatus Perdidit urbes*

Juvenalis: *Nunc patitur longæ pacis mala; sævior armis Luxuria incubuit.*

Sallustius: *Quod si regum atque imperatorum animi virtus in pace ita ut in bello valet, æquabilis atque constantis esse res*

VERS. 20. — **CONTESTATUS ES EIS, UT CONVERTERES EOS, VEL, ET TESTATUS ES CONTRA EOS, UT REVERTI FACERES EOS, ETC.** id est, admonuisti eos quasi adhibitis ac convocatis testibus, etc.; ut supra versu 26. **ET NON ADIERUNT PRÆCEPTA IUA,** id est, non parerunt præceptis tuis. **QUE PACIET HOMO, ET VIVET IN EIS,** id est, quæ si fecerit quispiam, vivet per ea. **REGEDENTEM, VEL DECEDENTEM;** regerum, vel regredientem, sub. onus, id est, subtraxerunt, vel subduxerunt humeros suos ab onere præceptorum tuorum, more ferarum et animantium indomitorum. Vide Zach., 7, 11. Quidam vertunt, *Perversum et indomitum.* **ET NON ADIERUNT. Ille, et, pro, id est,** positum est; q. d., id est, non obediunt, tibi.

VERS. 30. — **ET PROTRAXISTI, ETC.** id est: Altamen sustinuisti atque expectasti eos multo tempore, an non revertentur ac respicerent. His indicatur immensa bonitas ac clementia Domini Dei. **ET CONTESTATUS ES EOS, VEL, ET TESTATUS, TESTIFICATUS ES CONTRA EOS,** id est, admonuisti illos, ut præced. v.

VERS. 31. — **NON FECISTI EOS IN CONSUMPTIONEM, VEL, NON FECISTI EIS CONSUMPTIONEM,** id est, non consumpsisti ac perdidisti eos (inter-necione).

VERS. 32. — **NE DIMINUATUR, ID EST, NOLI PARVIPENDERE, VEL CONTEMNERE. ILLUM BENIGNIS OCULIS RESPICE, UT HOSTIAM PIACULAREM (1). QUI INVENIT NOS, HEBRÆIS, ID EST, QUEM SUSTINUIMUS. REGEM ASSUR. QUI SCILICET CAPTIVAS ABDUXERUNT DECEM TRIBUS.**

VERS. 35. — **VERITATEM FECISTI, ID EST, MERITO AC JUSTÉ AFFLIXISTI NOS (2).**

« humane haberent, neque aliud aliò ferri, « neque mutari, ac misceri omnia cernerent. « Nam imperium facile iis artibus retinebant, « quibus initio parum est: verum ubi pro labore desidia, pro continentia et æquitate libido atque superbia invasere, fortuna si-mul cum moribus immutatur. » (Grotius.)

(1) Respice hæc, Domine, atque accipe hostiæ expiationis loco pro criminibus, quæ in caput nostrum mala ista provocarunt. Hebræus ad litteram: *Ne diminuat coram te omnis lassatio, quæ invenit nos.* Ne hæc negligas spernasque eam leviora quam quæ justitiæ tuæ satisfaciunt, nostraque crimina expient.

A **DIETRIS REGIS ASSUR** ESQUE IN DIEM HANC. A Theglathphalasar, qui captivas abduxit aliquas de decem tribubus, usque ad Salmanassarum, qui reliquias transiit. Hæc omnia Israelitas mala et universæ genti communia, et privata continuè servè afflicerent. (Calder.)

(2) Tu nulla horum malorum culpa, a nos manū tenentur. Tu præstitisti quod promissisti, et quod minatus fuers. Tu sincerè egisti.

(Synopsis.)

VERS. 34. — **QUÆ TESTIFICATUS ES EIS, ID EST, PRA. v. 29 et 30.**

VERS. 35. — **ET IN BONITATE TUA MULTA, ID EST, IN BONIS ET OPIBUS ILLIS INGENUITIS. QUAM TRADIDERAS CORAM EIS, VEL, QUAM POSUERAS IN CONPECTU CORUM.**

VERS. 37 (1). — **ET FRUCTUS EIUS MULTUS, ETC.,** Verè implèsti, verè exhibuisti præmia quæ promiseras, et pœnas quas transgressoribus comminatus fuers. (Corn. à Lap.)

(1) Ecce nos test, etc. Notandum, quòd quamvis Judæi erant liberati à captivitate Babylonica, ita ut liberè eis liceret redire in terram suam, et in eà habitare, eamque colere; non tamen liberabantur à iugo subjectionis per omnia, sed tenebantur regibus Persarum persolvere tributa de frugibus, aliisque proveniendis, aliisque tributa subire, à quibus liberi erant soli sacerdotes et ministri templi, ut dicitur in 1 Esd. 7. Et propter hanc subjectionem, his vocant se servos, quòd facti quodam sibi perveniendum non debere se parere externis regibus, quæ populus Dei erant. Sed deinceps à tali servitute nunquam fuerunt liberati. Unde potest, quàm mendaciter Judæi, in Evang. Joan. 8, dicant: *Semen Abraham sumus, etc.* Non enim solum in Ægypto servierunt et in Babylonia, sed etiam hoc loco adhuc se servos confitentur; et similiter eodem tempore quo ista mendaciter Joan. 8 jactabant, nullis jam annis, Romanis erant subjecti, hisque tributa prestabant. (Estius.)

SERVI SUMUS, ETC. Similis confessio habetur sup. 1 Esd., c. 9, ex quo intelligimus Judæos hoc tempore tributa pendisse regi Persarum, exceptis sacerdotibus et Levitis: quos Artaxerxes nominatim exceperat, 1 Esdræ 7, 24. (Menochius.)

Vous voyez, Seigneur, que nous sommes aujourd'hui nous-mêmes esclaves, aussi bien que la terre que vous avez donnée à nos pères, etc. Les Juifs étaient néanmoins revenus alors de captivité, et ils vivaient librement dans leurs pays par un effet de la clémence des rois de Perse, à qui Dieu avait inspiré cette bonne volonté pour son peuple. Mais quoiqu'en un sens ils fussent libres; parce qu'ils vivaient, comme on Fa dit, dans la Palestine, n'étant plus captifs dans le pays de Babylone, ils se regardaient cependant encore comme esclaves, à cause de l'assujettissement où ils vivaient sous le roi de Perse, à qui ils étaient obligés de payer tribut de tous les fruits du pays. Or ils reconnaissent que c'était à cause de leurs péchés que Dieu avait mis ces rois sur leurs têtes. Car, en effet, étant le peuple de Dieu, ils auraient dû n'être point soumis à ces princes étrangers; mais il était juste qu'ayant tant rejeté de fois et avec tant de mépris le joug du Seigneur infligé par deux à ceux qui l'avaient, ils se vissent assujétis malgré eux au joug de fer d'un roi indidèle, qui levait de grands impôts sur tous leurs biens. Ainsi ceux qui s'étaient toujours glorifiés d'être libres, et de ne dépendre que de Dieu seul, se sont vus contraints de vivre toujours depuis dans l'assujettissement sans qu'ils aient pu en sortir jamais, quelque effort qu'ils aient faits en divers temps, qui

vel, et proventum, fruges, fructum suum multiplicat, id est, producit terra illa regibus, id est, ingratiam et utilitatem regum externorum. **ET IN JUMENTIS NOSTRIS. Scilicet per angarias. ET IN TRIBULATIONE MAGNA, ID EST, SUMMÀ.** Tribulationem magnam sustinemus ac potimur. Commendat justitiam Dei, et damnat injustitiam hominum. **Adversitate aliqua Judæis concessa ipsos ab imperio Persico non eximelat (1).**

VERS. 38. — **ET CUM TOTO VOC, VEL, CUM TOTÀ HÆ, SUB., TRIBULATIONE, ID EST, QUAMVIS MA-**

n'ont servi qu'à les rendre encore plus malheureux. Car l'histoire des empereurs Romains ne fournit que trop d'exemples de cette sottise vanité, qui les portait à se révolter en se regardant toujours comme libres, et de la faiblesse avec laquelle ils ont toujours succombé sous la puissance de ceux que Dieu même, selon l'expression de l'Écriture, avait mis, pour les punir, sur leurs têtes. (Sacy.)

(1) **ET FRUGES EIUS MULTIPLICANTUR REGIBUS.** Gratia pendunt tributa, de quibus Esd. 6, 8; 7, 24.

ET JUMENTIS NOSTRIS. Per angarias, quod reperitur ut et vox ipsa Persica. (Grotius.)

CAPUT X.

1. Signatores autem fuerunt Nehemias, Athersatha, filius Hachelai, et Sedectas,
2. Saraias, Azarias, Jeremias,
3. Pheshur, Amarias, Melchias,
4. Hattus, Sebenia, Melluch,
5. Harem, Merimoth, Obdias,
6. Daniel, Genthon, Baruch,
7. Mosollam, Abia, Miamin,
8. Maazia, Belgai, Semeia: hi sacerdotes.
9. Porro Levite, Josue filius Azanie, Bennui, de filiis Henadad, Cedmihel,
10. Et fratres eorum Sebenia, Odaia, Celta, Phalaia, Hanan,
11. Micha, Rohob, Hasébia,
12. Zachur, Serebia, Sabania,
13. Odaia, Bani, Baninu,
14. Capita populi Pharos, Phahath-Moab, Elam, Zethu, Bani,
15. Bonni, Azgad, Bebai,
16. Adonia, Begoai, Adin,
17. Ater, Hezechia, Azur,
18. Odaia, Hasum, Besai,
19. Hareph, Anathoth, Nebai,
20. Mogphas, Mosollam, Hazir,
21. Mesizabel, Sadoc, Jeddua,
22. Pheltia, Hanan, Anaia,

gnam hanc tribulationem patiamur. **PERCUTIMUS FIDELITATEM, ET SCRIBIMUS, VEL, PEPIGIMUS** fœdus fidelitatis, et scripsimus, sub. fœdus illud in tabella, vel libello, id est, pepigimus fœdus de servanda fidelitate cum Deo nostro, et scripsimus illud in libello: vel, scripsimus, nempe libellum obligatorium. **ET SUPER SIGNATURAM, ETC., ID EST, DESCRIPTA SUNT IN LIBELLE ILLO NOMINA PRINCIPUM, ETC., Q. D., PRINCIPES NOSTRI, ETC., SUBSCRIPSERUNT NOMINA SUA, ADJECTO SUO SIGNO (1).**

(1) **PERCUTIMUS FœDUS, et scribimus.** Renovamus patrum promissa. (Grotius.)

PERCUTIMUS FœDUS, tibi fidelem servitutum pollicemur.

SCRIBIMUS, ad perpetuam rei memoriam. **SIGNANT, propriis nominibus, ad roborandam promissionem.** (Menochius.)

SUPER OMNIBUS ERGO HIS, ID EST, PROPTER HÆC OMNIA, UT NOSTRI DELINEPS MISERERI PERGAS, IN NOVO FœDERE FIDELI ET CONSTANTI NOS TIBI OBSTRINGIMUS, QUOD VELITIS MANDATIS TUIS æTERNUM PERFERE. ET SCRIBIMUS, ID EST, LITTERAS IUPIUS FœDERIS TESTES OBSIGNATI OMNIUM NOMINE CURABIMUS AB EIS QUI IN REPUBLICA NOSTRA ET ECCLESIA PRIMAS TENENT, QUORUM NOMINA SEQUENTI CAP. RECENSUR. (Tirinus.)

CHAPITRE X.

1. Or ceux qui signèrent furent Néhémias, Athersatha, fils d'Hachelai, et Sédécias,
2. Saraias, Azarias, Jérémie,
3. Pheshur, Amarias, Melchias,
4. Hattus, Sébénia, Melluch,
5. Harem, Mérimoth, Obdias,
6. Daniel, Genthon, Baruch,
7. Mosollam, Abia, Miamin,
8. Maasia, Belgai, Sémécia: ceux-là étaient prêtres.
9. Les Lévités étaient, Josué, fils d'Azanias, Bennui des enfants d'Hénadad, Cedmihel,
10. Et leurs frères Sébénia, Odaïa, Celta, Phalaïa, Hanan,
11. Micha, Rohob, Hasébia,
12. Zachur, Sérébia, Sabania,
13. Odaïa, Dani, Baninu,
14. Les chefs du peuple étaient Pharos, Phahath-Moab, Elam, Zéthu, Bani,
15. Bonni, Azgad, Bébaï,
16. Adonia, Bégouï, Adin,
17. Ater, Hézcchia, Azur,
18. Odaïa, Hasum, Bésaï,
19. Hareph, Anathoth, Nébaï,
20. Mogphas, Mosollam, Hazir,
21. Mésizabel, Sadoc, Jeddua,
22. Pheltia, Hanan, Anaïa,